Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nouũ in regno patris
mei. C Et hymno dic
to exierũt in montẽ
oliueti. Tunc dixit
illis iesus. ✠ Om
nes vos scandalum
patiemini in me in
ista nocte. Scriptũ
est enim: Percutiam
pastorem et disper
gentur oues gregis.
postq̃ autem resur
rexero: precedam vos
in galileam C Respõ
dens autem petrus ait
illi. ℣ Et si omnes
scandalizati fuerint
in te: ego nũq̃ scan
dalizabor. Ait illi ie
sus. ✠ Amen dico ti
bi. quia in hac nocte
anteqũ gallus cantet:
ter me negabis. Ait
illi petrus ℣ Etiam
si oportuerit me mo
ri tecũ: non te nega
bo. C Similiter et om
nes discipuli dixerũt.
Tũc venit iesus cũ il
lis in villam que di
citur getsemani et ait
discipulis suis ✠ Se
dete hic donec vadam
illuc et orem. C Et as
sumpto petro et duo
bus filijs zebedei: ce
pit contristari et mes
tus esse. Tunc ait il
lis ✠ Tristis est ani
ma mea vsq̃ ad mor
tem: sustinete hic et
vigilate mecũ C Et
progressus pusillũ:
procidit in faciem suã
orans et dicens. ✠ Pa
ter mi: si possibile est